

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Capvt primvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)



Do officia huius sœuæ cōiunctionis atq; horrēdæ eclip-
 sationis ipsarumq; potestates explicandas accedere
 intendo. Quicquid per omnē terrarū tractum mix-
 tura ipsarum, radiatioq; æquata comparatione perfici-
 et, diffiniam. Diuine tamen maiestatis iudicio nihil
 derogādo, nec libero arbitrio quouis pacto obuiantes detrahendo
 Et illud à me semper protestatum esse uolo, q; ea quæ futura denun-
 ciabo, pro om̄ipotentis dei clemētia & uoluntate mutabilia esse co-
 gnoscam. Sunt nanq; Ptolemæo teste, magorum iudicia inter neces-
 sarium & contingens reponenda.

CAPVT PRIMVM.



Anticissimus nouellus apostolicus, ducens re-
 mum nauiculę sancti Petri, modernis tempori-
 bus audiat. Cum totius orbis sit dominus, inno-
 cens est, & nō subiacet stellarum cursibus, neq;
 ullam in eis decernendi potestatem habet. Sed
 fatum suum dei summi gubernatur iudicio, qui
 hunc modernum ad beatum nauiculę culmen
 suis optimis meritis euexit. clauemq; largitus est, qua fati uim & or-
 dinem dissoluere potest. Casarum superiorū cōnexionem atq; se-
 riem facile referare ualet. Quicquid tamen sit, Deum supplex
 exoro Booz altissimum, ut expandat pallium suum su-
 pra ipsum, ut faustum electionis diem, ac fe-
 licem inronisationis horam ei præ-

stare dignetur. Quāuis

Booz noster

Iesus à lege naturæ, quam

in cælestibus pater conscripserat exci-
 pi nolebat, non ergo excipiendus est homo à diui-
 na uoluntate, quam coniecturaliter
 astrorum interpres ex astris
 præscire potest.

PROGNOSTICVM IOANNIS
ECCLESIA IN NAVI CVM SVIS REMIS
inclinata fluctuante.



CAPVT SECVNDVM.



luitas supra montem posita iuxta Euāgelicam
expositionem Matt. v. non potest abscondi his
temporibus. Nam anteq̄ huius terribilissimæ ecli-
psis influxus prætereat, nonnulla periculorū di-
scrimina ecclesiæ Dei & nauiculæ sancti Petri
imminere uideatur. Ista nauicula heu uarijs hinc
inde agitata turbinibus, fluctibus atq̄ procellis.